tates, terras atq; loca illis subjecta
et alia eis adjacentia Apostolicæ
Sedis Legatus. Dilectis nobis in Chri-
sto Protho consuli Consulib; et Ju-
ratis Civibus Oppidi Gorlitz Misnen-
sis Diæcæseos Salutem in Domino
sempiternam. Cum a nobis petitur
quod justum et honestum tam vigor
æquitatis, quam ordo exigit ratio-
nis, ut id per sollicitationem of-
ficij Legationis nostræ ad debitum
perducatur effectum. Sane ex-
hibita nobis nuper pro parte peti-
tio nostra, continebat quod Do-
minus Wladislaus Hungariæ et
Bohemiæ Rex Illustris ex justis
et rationabilibus caussis ad id
Majestatem suam moveri ac ejus
Regali gratia speciali. Jus Pa-
tronatus, quod sibi et successo-
ribus suis Bohemiæ Regibus pro
tempore existentibus in parochia-
li Ecclesia Oppidi nostri Gorlitz